

In Prussia constat ex antiquissimo Culmenfi Privilegio, quod in Urbibus non tantum habitarent Plebeji, sed etiam plurimi Nobiles et Equestres Viri, qui et extra Urbes Equestria bona sive Feuda a Crucigeris possidebant, aut emebant in hereditatem Flamingicalem, nam expresse ibi vocantur Cives et feudales Civitatum. Et ideo adhuc in urbibus Prussia Nobiles familiae sunt et non perdunt Nobilitatis Jus, per hoc quod fiant Cives et gerant Magistratum, uti quidem in Polonia fit per Constitut: Poloniae. Nam in Constit: Prussiae de Ao: 1538 clare dicitur, quod Civibus bona terrestria et Nobilibus bona Civilia emere sit liberum, dummodo respectu honorum paria onera ferant; Ita quoque sonant Constitut: Livoniae a Rege Stephano facta. Ex quo sequitur quod Nobiles in Urbe habitantes idem forum habeant, quod alii Cives. De aliis Nobilibus non habitantibus in Urbe sive sint Poloni, Prusii aut Extranei loquitur in d: Constit: Prussiae. Et cum aliquis, et s. Et ubi sub quod delinquens